



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 35. De purgat. vulgari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

5. Quod si verò diffamatus de crimine defec-
rit in hac purgatione, vel quia jurare nolit vel
quia non inveniat compurgatores, qui eum ex-
purgare videntur, tamquam convictus de criminis,
autemque sceleris puniendus erit, c. *De hoc* 11 c.
In sinuatum 13 sup. *De simonia*; & si crimen tale
sit, quod mercatur depositionem, deponendum, d.
c. *Cum* 3. Quia etiam, si crimen grave sit, vel
monitus non vita erit occasionem, quæ cura
infamem reddat, suspendi potest ab officio & be-
neficio, donec se purgaverit, c. 2. & c. *Inter* 10. b. t.

6. Non permittitur tamen hæc purgatio,
nisi ubi de crimen magna est suspicio, nec ta-
men magna probatio, c. *Cum dilectis* 15. b. t. ut
ubi enim crimen aliter probari potest, vel adsumt
indicia ad torturam, non est indicenda purga-
tio, d. c. *Si quis de gradu* h. t. Ricc. *Decis.* 680. si-
cuit nec ubi crimen est notorium vel propria
confessione, vel testibus, vel evidentiâ facti, sed
debita: unc pronuntiatur sententia & pena in-
fligatur, d. c. *Cum dilectis*, ideoq; hoc remedium
I consiliorum reputar, Ricc. d. loco. Si nec reo
in dicenda est necessitatè, quando infamia ortum
non habet ex probabilibus conjecturis, sed tunc
diffamatus simpleiter absolvendus est nisi ad-
versarius valde instet, cap. *Cum in juvenitate* 12.
versic. ceterum quia procurator h. tit.

Ceterum licet hæc purgatio à sacris Canoni-
bus in qua sit, & pro magna parte in desuetu-
dinem abierit, præterquam in Regularibus, Ric.
d. *Decis.* 680. nec olim fuerit in usu, nisi quoad
Clericos, Jul. *Clariss* § fin. q. 63. n. 4. tamen in
foro etiam sacerdoti usu receperant esse quibus-
dam in locis, veluti in Flandria & aliis, testatur
Damhauderus in *Praxi criminis* cap. 44. præser-
tim in causulis hæreticis: Jul. *Clariss* d. loco. Bern.
Diaz in *Praxi Crim. Can.* cap. 149. n. 2. & ibid.
Lopez ad cap. 148, in fine, & potissimum, dum
aliquis accusator non est, c. *Nos inter* 6. b. t. No-
tandumque Zyp. b. t. n. 1. Joannem Lucem an. 1312.
in tabulis Legatum Brab. sanxisse, ut ad hu-
jusmodi purgationem admittatur diffamatus
cum duobus compurgatoribus; qui si extra-
neus sit, juret se innoxium, & innocentem sur-
testes sive compurgatores invenire non posse.
Addit ex Concordatis Hannoniæ, init's inter
Episcopum Cameracensem & Consiliarios suæ
Majestatis, 2. *Martij* 1541. quod in casu vehe-
mentis suspicionis aut notoriæ diffamacionis,

deficiente probatione, Officialis possit indicere
modo consuetu[m] purgationem.

Effectus autem purgationis hujus est, absolu-
vi, & in pristinum statum restituui, can. *Omnibus*
2. q. 5. can. *Mennam*, can. *Presbyter* ibid. non tan-
tum, si omnino innocentes fuerint, sed & si cul-
pam commiserint, ex qua nota fuerit diffama-
tio, ut pacet ex d. c. *Inter* 19. b. t. ubi Decanus ob
culpabilem familiaritatem cum hæreticis dif-
famatus & suspensus, purgatione peracta, sive lo-
co restitutus. Sic verò purgatus & restitutus
deinceps vitam suam instituere bonisque opere-
bus adorinare debet, ut infamia convertatur in
bonam famam, & scandalum ac suspicio omnis de
Catholicorum mentibus deleatur, d. c. *Inter* in fine.

& quum porrò videtur, ut se purgans si
causam culpabilem suspicionis dederit, con-
demnetur in expensas, prout olim obtinuisse,
& cautum esse in statutis Curiarum Ecclesiastici-
carum provinciæ Mechlin. 12. Octob. 1637. atque
observatum à Conc. Brabantiae codem anno re-
fert Zyp. d. loco n. 3. Quamquam in Concordatis
Hannoniæ cum Episcopo Cameracensem. 1449.
decretem fuerit, ne reus, per purgationem abso-
lutos, expensas illas lauat. Vide Diaz cap. ult. *fat-*
Pract. & ibid Lopez

TITULUS XXXV.

De Purgatione vulgari.

1. *Purgatio vulgaris quo patet fiat.*
2. *Causa prohibitionis.*

1. *Purgatio vulgaris quo patet fiat.*
Purgatio Vulgaris, sic dicta à Vulgo, &
quo instigante diabolo, invenia, & indu-
cta est, sit vel per duellum, vel per aquam cali-
dam aut frigidam, vel per ignem, id est, per
ferrum candens, per prunas & rogum, vel per
alia similia, cap. *Ex iuris 8. De purgat. Can-*
nica, cap. 1. & fin. n. 1. can. *Monachiam*
2. q. 5. Ut v. g. si alter alterum criminis aliqui-
jus acculerit, quod probare non possit, & pro-
vocet ad duellum, ut uter cecidere, is habeatur
reus criminis vel falsæ accusationis, d. cap. 1. &
2. hoc sit, vel si quis dicat se falso accusatum,
& ferrum candens manu comprimirat, vel super-
ignitum ferrum nudis plantis incedat, ablique

ad iustitione, habeatur innocens; sin secus, reus, c. ult. hoc sit. Exempla refert Covar. lib. 4. Var. re s. l. 2. & ibid in Annotat. Uffelius. Deltio, Disquisit. magis. lib. 4. cap. 4. q. 4. Sct. 3.

1. Ceterum hæc purgatio tribus de causis merito à sacris Canonibus reprobata & verita est. Prima, quia per eam sapere contingere quem condemnavit, qui esset absolvendus, & absolvit, qui condemnandus, d. e. 2. b. tit. Secunda, quia inventa à diabolo, can. Mennam, can. consulisti 2. quæ. 5. Tertia, quia per eam tenteret Deus, d. e. ult. hoc sit. Ubi tamen publica salus duellum exposceret, licitum esset, imò laudabile, arg. ut. in. l. § sed si quis operas D. De postulando; ubi licet locans operas, ut cum bestiis pugnet, sit infamis, tamen non est infamis, qui locat operas, ut expugneret, regionem noxiā. Videatur plenius de utraque hac purgatione Tholofan. Syntag. iuris Universit. 4. 8. c. 35.

TITULUS XXXVI.

De Injuriis & damno dato.

§. 1.

De Injuriis & earum penitentia.

1. Injuria generaliter & specialiter sumitur.
2. Specialiter pro contumelia, & fit re aut verbis.
3. Pena injuriantium ex utroque jure.

IN judicio criminali prosequendo & terminando non solum de pena, ob crimen commissum luenda, tractandum est, verum etiam de privata injuriarum aut damni dati reparacione. Sed & cum deficiente accusatore, & purgatione Canonice praestitâ, absolvendus sit reus, teneaturque accusator sive denuntiator accusato actione injuriarum & de damno dato, ideo recto ordine subiectio hunc Tit. Pont.

2. Iajuria dupliciter sumitur, generaliter & specialiter. Generaliter dicitur omne id, quod non iure sit, indeque suam appellationem habet, i. l. D. De injuriis. Specialiter rursus tripliciter sumitur: primò, pro contumelia, quæ à contemnendo dicitur; secundò, pro culpa seu damno, culpâ & non iure dato, ut in Leg. Aquilia; tertio, pro iniuritate seu iniustitia, ut quando Judex inique & injuste judicat. Hic vero sumitur pro contumelia; & duobus possitnum modis fit, re & verbis. Re, si manus

alicui inferantur; ut si quis alium pulset aut verberet. Verbis fit dupliciter; Primò, quando quis ad contumeliam alterius verba contumeliosa profert. Unde & convitium dicitur: significat enim convitium injuriam verbis factam, d. l. 1. §. 1. D. eod maximè si cum vociferatione & in cœtu hominum fiat, alias non dicitur propriè convitium, sed infamandi causâ dictum, l. em. §. ait. Praetor: veluti si quis in cœtu hominum alium appellat securam, nebulonem: si dicat, Tu mentiris licet addat, salvo honore: quia verbum injuriosum præcedens declarat voluntatem injuriantis, quæ deest in reservatione inde facta, & quia dici solet, protestationem repugnantem cū ipso actu esse nullam, arg. l. Cum precario D. De precario. Secundò fit litteris seu scriptura: ut si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem aut carmen famosum, vel historiam scriperit, componuerit, ediderit, dolose malo fecerit, quo quid corum fieret, si ve suo sive alterius nomine, vel sine nomine: item qui emendum vendendū ve curaverit, l. Lex Cornelii §. si quis lib. 9. D. b. s. aut invenerit, legerit, nec corruperit, sed dolose manifestarit, l. unica Cod. De famosis lib. ellis.

Ex famoso autem libello gravissima nascitur injuria, quæ pena capitali punitur d. l. unica G. De fam. libellis; nempe si criminaliter agatur: ailioqui si civiliter, condemnatus jubetur esse infestabilis, d. §. se quis librum. Eaque pena constituta est non tantum in auctorem libelli, sed & in eum, qui de via repertum non decerpserit, sed evulgaverit & in publicum projecterit, ut à quovis legeretur.

Ceteroquin quod ad penas & estimatiōnem injuriarum atinet, illud hic præmittendum est, injurias quasdam pertinere ad læsionem corporis, ut cum quis pulsatur aut verberatur; quasdam ad læsionem dignitatis, ut cum comes matronæ abducitur: alias ad infamiam, ut cum pudicitia alicujus attentatur, d. l. 1. §. 2. alias ad læsionem rerum, ut in Tit. Ad Leg. Aquiliam Rufus ex his quasdam dici injurias atrocies, quasdam leves. Atrocies sunt contumeliosiores & majores, habita ratione personæ, temporis, loci & rei, prout hæc omnia explicantur in l. Aut facta §. 1. ff. de pena. l. Praetor edixit ff. atrocem, cum l. sequenti ff. hoc tit. §. atrox. Inst. eod.

Pro varietate igitur injuriæ, atrocis vel levis, crescit vel minuitur estimatio injuriæ,

Agitus